



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.3. Ne mysteria scruteris prædestinationis, sunt enim capilli nigri, sed attende ad opera, quæ ad tuam requirit Deus saluationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Pf. 2. 11. ipsos electos vult Dauid ab hoc timore absolui: quo circa illis a t: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Freti Dei misericordia gaudent: verum tamē time: non enim vobis innotuit quid de vobis ipse decreverit. Eleganter descripsit Isaias virum iustum coelestia meditantē & penitentia lapidibus & operibus

Isa. 33. 17 sanctis circumvallatum: *Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius &c. Regem in decore suo videbunt oculi eius.* Terrā & quidquid in ea est alpernatur; vilique facit: vade illam tam paruum iudicat, sicut is qui aliquid de longē conspicit *Cornes terrā de longē.* Obiicitis: o quam illi tranquillū erit cor, quantum gaudio demulcebatur & quam longē omni mali timore tranquillus, loco consistens alto adeo & securo! Falleris: quinimo cor illi perpetua contremiscit palpitatione: *Cor suū metabitur timorem:* legunt alij: *Palpitabit pre timore.* Totus metu, sollicitudine, & suspitione contremiscet: quāto namque clarior bonum hoc agnoscit, regnum hoc, hanc forem, tantō grauiori turbatur anxietate: num ex eorum numero sit futurus, qui tantis sunt fruituri gaudiis: est que hoc familiare sanctis.

Cur ea nullo amigeris timore, sed sic hilaris non quiescis, sic omnisemota formidine, quasi nihil tua referret quod futuram est vel quasi non esses vnus inter illos qui tam occulto exponeris periculo; & alex non sibi ceteris fortique a leo formidanda? Si litam habeas quatuor assium vel medij muri fragoris videre licet te suspensum, anxiū, timentem, informantem, loquentem media iudici proponentem, sollicitantem summā cura atque attentione; desiderando nosse rei successum, & sperare potes: atque in illo sic te negligentem videam, vt nec timeas, nec te moueas nec quidquam malis suspiceris: Ratio est: quod non consideres, quod tibi referat, quanti vel eternum cum Deo regnare, & gaudiis perfrui sempiternis: vel eternum cum diabolo commorari, & supplicii deputari sempiternis: habere & possidere in te omnia Dei bona idque in omnem eternitatem: vel istidem carere idque in omnem eternitatem.

Stupendum est, quod refert Magister Insti-
tutus: cum enim aliquando beatus Pater D.
Lud. Bertrandus religio sis patribus absideret,
subito assurrexit totus lacrymis infusus, & de
ratione inquisitus, respondit, Cur non fleam,
cyr non lugeam, non plorem, non formidem, si

nesciam quid de me futurum sit: vtrum con-
demnandus? Qui carcere detentus esset ac sus-
pensus; vtrum sit inde egressurus vt regnum
accipiat tanquam legitimus filius, vel patibulo
suspendendus tanquam adulterinus: quo timore
turbaretur, quo timore illi ossa colliderentur;
quotiescumque consideraret vtrum egressurus
esset ad regnum, aut ad mortem ignominiosam
& rigorosam? Si in hoc mundo tanquam in
carcere detenti sumus incerti, vtrum eo egres-
suri cum Deo in coelestibus regaturi palatiis:
vtrum ad mortem sempiternam in tartarum
destruendi: numquid ergo suadet æquitas vt
semper simus pauidi, & maceant oculi lacry-
mis: eo quod ignoremus in quam partem fors
nostra casura sit, an ad dexteram & bonam,
an ad sinistram & malam? Pauca omnes hanc
Sp. S. sententiam: *Sunt iusti atque sapientes, &
opera eorum in manu Dei, & samē nescit homo.* *Eccle. 9. 1*
vtrum amore, an odio dignus sit. Si quis erga-
stulo constrictus probè sciat, quod alterutrum
illi sit euenturum, vel regnum, vel patibulum,
quodque processus in manus traditus sit iudi-
cis perspicacissimi qui sæpe multos quos ipsi
& omnes credebant ad regnum euehentos pa-
tibulo addidit ignominioso? Quis vidit Iudā
Quis notauit Magistrum Parisiensem in vita
D. Brunonis? Quis non iudicaret de Iuda, cum
esset Apost. ab ipso Christo ad Apostolorum
euectus, à Magistro suo tantopere promotus,
tot beneficiis in eū collatis opulētus; quod hinc
egressurus esset cū illo in perpetuū in celo re-
gnaturus? Quis sibiper suaderet, quod ille Doctōr
Parisiensis tãx sãctitatis opinione notissimus,
atque omniū veneratione dignissimus, ad per-
petuam egressurus esset damnationem? ecce mi
frater charissime, quantopere sit formidandū.

§. 3. *Ne mysteria scruteris predestinationis, sunt enim capilli nigri sponsi, sed attende ad opera, quæ ad tuam requirit Deus saluationem.*

Licet autem hoc ita sit, ne curiosus hoci-
quiras mysteriū viri prædestinatus sis, an
reprobatus. Ne dixeris si prædestinatus sū
indubiē saluabor certamq; habeo mihi gloriā:
si reprobatus, certum est, condemnabor, & me
tartarus expectat. Quare Deus hunc ad glo-
riam prædestinauit, qui nullum adhuc obse-
quium illi præstiterat? Quare reprobauit illum
Z z z z z ad

Manichæorum argumēta contra prædeterminationē.

ad gehennam si nondū illum offenderat? Mis-
 sas facito has cogitationes, nec hoc velis per-
 nagari pelagos: etenim submergeris tuumque
 iudicium hoc in profundissimo mari & im-
 mēso pelago prælocabitur. In hoc demersi
 sunt hæretici Manichæi, teste D. Aug. iudica-
 bant enim nullam dari posse grauiorem iniu-
 stitiam, quā antequam malus quis esset vel bo-
 nus ad præmium hunc destinare, & alterum ad
 supplicium. Censebant illi & arguebant tanquā
 horredam crudelitatem, quod Deus ab æter-
 no aliquem reprobet, & determinet inferno de-
 truden- solum, antequam peccatum aliquod com-
 misisset. Domine mi, felix faustumq; sit, quod
 præstines & huic velis ceteris dare gloriā,
 antequam illam mereatur: etenim hic est vo-
 luntatis tuæ effectus: verum enim verū in quam
 legem cadit iustissime Domine, quod reprobes
 & æternis damnare poteris determines eum qui
 non solum nondum iram tuam peccato provo-
 cavit, sed nec quidem natus est? Ea de causa
 Manichæi dicos creabant Deos & bina princi-
 pia: unum malum, & alterum bonum, docebāt
 quæ bonum eum esse qui prædestinat, tribuitq;
 gloriā: malum autem qui reprobat poenāq;
 infligit. Portō stultescitis, inquit D. Augusti-
 nam enim illam vidit difficultatem is, qui sa-
 pientiā vos longè præcurrit D. Paul. eā que
 proposuit in hæc verba: *Nunquid iniquitas est
 apud Deum &c. Voluntati enim eius, qui resi-
 stit. Si mihi gloriā, si mihi detreuerit poe-
 nā, quis illi resistit? Quænam mihi sunt vi-
 ces in oppositum? Cum tantus esset orator D.
 Paul. edoctus in schola non inferiori, quā celo,
 ubi mysteria didicit adeo profunda, quæ verbis
 explicari nequeant: quando ad hoc venit, (a)
 alas demittit, humeros contrahit, se conatur
chana en expedire & mergi formidat: exclamat & qui-
la baraja dem meritō verba proferens suæ admirationis
 Ad Rom. in dicit: *O altitudo diuinarum sapientiæ &
 11 33. scientiæ Dei quam incomprehensibilia sunt iu-
 dica eius, & inuestigabiles viæ eius! Qui co-
 D. Paulus gnouit sensum Domini? Aut qui consiliarius
 nescit eius sunt. Verbum illud *Altitudo* in ss. literis
 explicare aliquando significat altitudinem, aliquando
 prædesti- profunditatem? sic dicitur: *Puteus altus*, id est
 nationis profundus; dicitur magna esse altitudo iudi-
 ciorum sapientiæ Dei in tantō ut oculos su-
 104. 4. 11, giant supremorū Seraphim, itaq; eius est pro-
 funditas, ut persuadari non possit, nec fundū ubi
 inueniat acutissimum quodlibet creaturarū in-
 genium. An tibi iustum videtur, velle te Dei**

persecrari iudicia, vel in eius consilijs dare
 suffragium? Et nosse qua de causa hunc decre-
 uerit condemnare & saluare alterum, antequam
 hic bonus fuisset & ille malus?
 Videtur spectare D. Paul. quæstionem illam
 quæ in Dominis Iob proposuit: *Nunquid in-
 gressus es profunda maris, & in nouissimis abyssis
 deambulasti?* Non ait profundum maris in no-
 gulari, sed in plurali *Profunda maris*: sunt et
 enim in mari mille finus, an- etus, antra, & lima,
 profunditates, quæ tanquā abest vt periclitaris,
 vt nec quidem eorum detegas superficiem; *Nū-
 quid ingressus es profunda maris & abyssos pe-
 l-gipentia ait? Per maris ambulare superficiē,
 adeo difficile est, vt ipsi expertissimi nauæ ad
 minimum tempestatis turbæ nauticæ labo-
 rent marina & caput illis obstopescat: *Moti
 sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum de-
 uorat a eis* Sicut Latin. canit: quomodo pedem
 fige & per illius abyssis solū ingredieris, quod
 nullum videtur habere? Vel quomodo per illas
 intrabis cavernas, quæ sunt in profundo, quas
 ipsi pisces, cum tamen illis sint naturales, non
 penetrent earumque profunda: minime proue-
 stigen? hanc ne praesumus in possibili-
 indubi quippe submergeris i remediabiliter.
 Ad hunc D. Aug. *Cœculum est altum
 est inaccessibili secreto ab humana cogitatione
 seclusum est, quemadmodum Deus & damnat
 impium & iusti: cet impium utrumque enim de
 illo crispuratum ss. veritas legitur. Num
 igitur aduersus diuina iudicia garrere delatit,
 quæ sunt inscrutabilia. Quanto conuenientius
 quanto accommodatius est modulo nostro expa-
 uescere & exclamare: *O altitudo sapientiæ &
 scientiæ, ei quæ inscrutabilia sunt iudicia eius,
 & inuestigabiles viæ eius! Quanto melius est ita
 mirari quod inuestigare non fuisse u quam pro-
 terea velle alterum Deum malum iugere, quia
 unum bonum non potuisti comprehendere.*
 Optimè nos præmonet diua sponta monitō:
 prædeterminationē obseruandam à nobis in illis ver-
 bis, quæ cum pluribus mysterijs quam literis
 abundant, toties repetimus. Sponsum suum de-
 scribit & à capite exorditur: *Caput eius aurum
 optimum.* Dicitur mihi sponsa diuinitissima, ca-
 put illud nunquid caluum est? Nequaquam
 profectō: hoc enim in principe venustissimo
 ceteretur non leuis esse defectus: quinimo ca-
 pillis redondat ex illo nascentibus. Quales ob-
 scuro sunt illi: *Coma eius sicut elata palmiarum,
 nigra quasi coruus.* Nullus potest his Achates
 comp.**

Iob 38. 16
 111
 Quæstio
 hæc est
 difficil.
 Ps. 106. 72
 D. AVG.
 ib. 22.
 Faust. e.
 2. 106. 6
 8
 Can. 5. 11

Comparari: his verbis Christum delineat Redemptorem nostrum. Caput illius, eius est divinitas: *Caput Christi Deus*. Caput hoc infinita scatur & immensa sapientia & ex eo capilli nascuntur divinatorum decretorum. Quidquid Deus determinat ex infinita eius procedit sapientia: nulla ab ipso manat resolutio quæ non sit sapientissima & prudentissima, tamque confusa ut sit infallibilis & seposito omni dubio suum fortietur effectum: *Vino ego, quia omnia voluntas mea fiet*. Idcirco ait, comas illius esse elatus seu ramis similes palmarum: palma victoriam præfert: etenim contendat mundus universus omnes suas vires impendere, ut vel minimum evertat seu impediat Dei decretum: certum est, quod frustra laborabit: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in celo & in terra, & in omnibus abyssis*. In sublimiorum, in medio terra & in ipsius abyssis. Hoc tibi certo perscris decretum factum de prædestinatis futurum infallibile, & quantumlibet diabolus, mundus & caro illos conentur evertere, effectum habebit indubitatum. Hoc Christus in Evangelio declaravit, locutus de prædestinatis, eius scilicet martibus eptidem fore neminem: *Nemo rapit eus de manu mea*.

S. 4. *Concordia prædestinationis divina cum tua libertate, coma est nigra sponsi: non à te requiritur illam intelligere sed credere, & bene operari.*

9 **A**TIUS hæc verba considerando ni fallor vult Spiritus Sancti, hoc symbolo profundissimum nobis Sancti Theologie declarare mysterium, in quo submersa perierunt plura ingenia tam Philosophorum, quam fidelium. Sunt capilli eius sicut palmae cretæ *Elata palmarum*: quod dicit similes esse palmis significat id quod diximus, nimirum, quod Dei cogitationes, decreta & definitiones absolute suam sint habitura effectum, & cum victoria fiat perficienda. Dicendo quod sint elata, insinuat, quod iusta sint, suum cuique ius servantia, ut nec torqueant, nec iniuriam alicui irrogent creaturae, nec vim inferant, sic ve consistans semper firmaque maneat illa Sancti Tobitæ confessio communis in ore Sanctorum omnium: *Omnia iudicia tua iusta sunt*. Quia verò intrinsecam naturam suam habet homo libertatem, non eam illi Deus per sua decreta

seu definitiones adimit, nec punctum quidem, aut atomum ab ea tollit: ita ut nullam factam libertati violentiam, nullam vel in minimo iniuriam, Deus faciat quodquid voluerit, quomodo, quando, & quo tempore sibi bene placuerit.

Hæc est illa præcellsa magnitudo, quam ponderat sapientissimus ille amicus Iob Baldad Sabites: *Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis*. Potestate pollet Deus tantam ut terrorem incutiat, & concordiam in sublimissimis pariat gratissimam. Niat Car dinalis noster Caietan, verbum illud *Potestas* non solum in Hebræo significare potestatem in habitu, sed etiam in actu quod, exequitur suam potestatem, & facit quæcumque voluerit, ita ut stuporem generet vehementem, hoc enim est *Terror*: & hoc adeo præcellare, ut ad concordiam sublimissima quæque reducat, quæ videbantur maxime distantia, nec posse pariter congruere sibi que convenire. Nonnulli interpretantur eum hoc dicere, propter ordinem hunc caelorum: qui cum tanti sint, tamque varii, atque motibus incedat contrariis, & cum ille quo motu primi mobilis agitantur quotidie, sit de oriente in occidentem, singuli tamen eorum cum illo motu progrediantur suam perficientes propriis contrario de occidente in orientem, luna versus mensis spatio, sol versus anni & reliqui suis temporibus. Alij vero arbitrantur quod ternonem inferat eius, quod quotidie experimur: etenim aere & vaporibus in regionibus istis sublimioribus & excellentibus inter se decertantibus & tantas excitantibus turbationes, quales patet in tonitru, fulgure, ignitisque radiis, Deus suam illis adiciens manum revocat in concordiam & pacem, ita ut qui terram tremore percellerant, in pluviam mactentur operam & frugiferam, in plentes illud quod David divina omnipotentia iubicen decantat: *Fulgura in pluviam fecit*.

Congrua sunt hæc interpretationes, verumtamen arbitror alius hic quoddam à tanto viro intimari mysterium. Maxima sublimia quæ sunt esse possunt & intelligi, sunt libera Dei voluntas, libera similiter creaturae rationalis voluntas. Præcellatior rerum excellentia in libertate consistit: nam tanto sublimior est quisque, quanto liberior & sui ipsius, suarumque actionum Dominus independentior: nec non cui minor potest inferri violentia. Hæc est illa altitudo Dei, sublimitas, ut in operibus suis sit

nationem non tollit homini libertatem.

Iob. 25. 2.

Pf. 134. 7.

11. Duo sublimitas Dei et hominis libera voluntas.